

tione significans, ex sanctificatione continens aliquam inuisibilem, & spiritua-  
 lem gratiam. Hanc ponit Abb. antiq. in  
 c. cum Marthe, nu. 2. de celebr. miss. Et  
 nota, quòd Elementum sumitur pro qua  
 eunque re sensibilem. Sicut oculus pro om-  
 ni sensu ex similitudine representans se-  
 cundum quòdam proportionabilitatem,  
 scilicet, vt sicut se habet aqua ad for-  
 des corporis lauandas, sic gratia ad lau-  
 das spirituales iniquitates. Inter hæc ve-  
 6 ro septem sacramenta Ecclesiæ quædam  
 sunt, & reiterabilia, & quædam irreiterabi-  
 lia. Et sic deuenio ad differentias inter ip-  
 sa sacramenta. Reiterabilia sunt Pœniten-  
 tia, Eucharistia, Coniugium, & Extre-  
 ma vnctio. Quæ ideo dicuntur reiterabi-  
 lia, quia sæpius possunt accipi. Pœniten-  
 tia enim reiterari debet, quando reiterat  
 peccatum. vnde dicitur in c. illud, §. ec-  
 de. de pœn. dist. 3. quòd Deus nunquam  
 spernit pœnitentiam, etiam si ad summū  
 malorum quis perueniat. Et ead. dist. §.  
 ad hæc & §. quòd autem, & cap. septies,  
 dicitur, quòd peccatum sæpius iteratum  
 Deus non contemnit. Sic sacramentum  
 Eucharistiæ etiam reiteratur, quia quilibet  
 bonus, & deuotus Christianus tene-  
 tur si confessus fuerit ad minus semel in  
 anno sumere corpus Domini. c. omnis.  
 de pœnit. & remis. Olim tamen sæpius  
 sumebatur. c. & si non frequentius. de  
 consec. dist. 2. Vbi dicitur, quòd inter Ca-  
 tholicos habendi non sunt, qui in Natali  
 Domini, Pascha, & Pentecostæ, non com-  
 muneauerint. Cōiugium similiter reite-  
 rat, cum alter coniugum e vita dece-  
 serit. Extrema vnctio pariter iteratur, vt  
 patet infra, loco suo. Sed sacramenta  
 irreiterabilia sunt, vt habetur 1. q. 1. cap.  
 quod quidam, Baptismus, Confirmatio,  
 & Ordo. quia nullus debet bis baptizari,  
 confirmari, vel ordinari, vnde si aliquo  
 casu contingeret quòd aliquis postposita  
 Christiana religione, in hæresim incideret,  
 & postea hæresi postposita fidem pristinā  
 intraret, vel si moreretur & resurgeret,  
 non esset talis rebaptizandus, vel reordi-  
 nandus. Et ratio est, quia per illa tria sa-

cramenta imprimitur ipsi animæ cara-  
 cter indelebilis, hoc est signum quoddam  
 spirituale, & indelebile, vt inquit Conc.  
 Trid. can. 9. sess. 7. Quare si reiteraretur,  
 tunc haberet duos caracteres, vel primus  
 deleteretur, quod esset valde inconueni-  
 ens: igitur talia sacramenta iterari non debet.  
 1. q. 1. cap. hanc regulam, & cap. hi, qui  
 glo. not. in c. vir autem, de sec. nupt. fieri  
 etiam iniuria ipsis sacramentis, quod fieri  
 non debet, cap. ostenditur, de consec.  
 dist. 4. Est etiam alia differentia ¶ inter  
 huiusmodi sacramenta: nam quædam sunt  
 generalia, siue necessaria, & alia specialia,  
 siue voluntaria. ita glo. not. in cap. ve-  
 niens, de transact. glof. in cap. si iustus.  
 & in cap. remissionem, §. sed notandum.  
 1. q. 1. Necessaria dicuntur, quando sine  
 eis vix, aut nunquam salus esse potest.  
 Et sunt quinque, Baptismus, de consec.  
 dist. 4. cap. nulla præter. Item Confirma-  
 tio. ead. dist. c. nullus ministrorum. Item  
 Eucharistia, de consec. dist. 2. cap. omnis.  
 Item extrema vnctio. 26. q. 7. cap. 1. Item  
 pœnitentia, c. non potest de pœn. dist. 1.  
 Horum aliud est introeuntium, vt Baptis-  
 mus, quare ianua dicitur omnium sacra-  
 mentorum, dist. 32. c. præter, §. verum. c.  
 veniens, de presbyt. non baptiz. Aliud pu-  
 gnantium, de consec. dist. 5. cap. Spiritus  
 sanctus, vnde datur ad robur, dicto cap.  
 c. vnic. de sac. vnct. Hinc dicitur, qd per  
 Confirmationem Spiritus sanctus datur  
 ad augmentum. Aliud progredientium,  
 vt est Eucharistia, vnde & viaticum dicitur.  
 26. q. 6. cap. qui recedunt, & c. de his.  
 quia in via nos resciciens ad patriam nos  
 perducit. Aliud redeuntium, vt pœnitentia.  
 26. q. 6. c. 15 qui. de pœnit. dist. 3. c. 2.  
 Aliud exentium, vt extrema vnctio, 26.  
 q. 7. c. ab infirmis, quæ tantum exentibus  
 ex hac vita confertur. Verum qualiter  
 dicantur necessaria, adnotandum  
 est, quod necessarium tripliciter conside-  
 rari potest quo ad sacramenta. Primo  
 modo dicitur necessarium illud, sine quo  
 nullo modo possumus esse, aut conferua-  
 ri in esse, vt est nutrimentum animali, &  
 secundum quod hoc modo capitur, quia-